



DE SS. TRINITATE.

DISPUTATIO PRIMA

Præloquium.

Beatissimus ille Pater August. libro 2. de Trinitate in proœmio scribit: Duo sunt quæ in errore hominum difficillime tolerantur, præsumptio, priusquam veritas pateat, & postquam patuerit, pertinax erroris defensio. Gravissima vox & tam gravi viro digna. Vidit enim verè hæc tolerari difficillime: quin & tolli difficillime. Si enim animum vana sententiæ privata persuasio semel occuparit, vix ac ne vix quidem ad ipsam ἀληθειαν per duci poterit: statim enim erroris præsumptionem pertinax illius defensio comitatur. Varia ibi excogitantur latibula, indagantur varia περιζώματα, conquiruntur varia effugia, modo ne qui semel erravit se errasse & erroris convictum esse fateri necesse habeat. Exemplum nobis præbent moderni Photiniani, Ecclesiæ proò dolor multum molesti & funesti. Quia enim ratione nostra minimè possumus assequi quomodo simplicissime una essentia pluralitatem quandam com-

A 2

plecti